





in x. edit. consil. 8. fin. in 2. consil. 4. fin. Quare nec credo procedere in gradu quocumque affinitatis fornicariæ. Quia ea valde im-

perfecta est, nec secundum gradum excedit: atque ita clauderet omnino dispensationem circa illam. Sed solum procedit in gradibus consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita. 4. At cum id Tridentini decretum Pontificem non contringat; & rigor unius juris fit temperandus per alterius benignitatem; solent Pontifices in benignitate dispensare cum personis inferioris notæ, & licet non adit causa publicum bonum directe spectans, sed privatum. Huiusmodi autem causæ sunt. Prima matrimonium esse inter hos iam initum cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. Secunda, proles jam habita. Tertia, diuturnitas matr. male contractæ. Quarta, scandalum ex separatione oriturum. Ultima clementia Pontificis, quod paella pauper fit, velique patruelis ipsam ducere, ac honeste dotare. Sic Navar. l. 4. consil. tit. de consang. in prioribus. toto consil. 6. in posterioribus. toto consil. 13. Petr. de Led. summ. sacr. ubi de matr. c. 27. in mediata ante 5. concl. Manuel 1. t. 2. sum. 2. edit. c. 237. n. 3. Enrig. l. 12. de matr. c. 3. n. 9. f. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 167.

5. Tertio supponendum est, quod iustissimo modo dispensari in matr. impeditis cum divitibus, & potentibus, nec acceptationem personarum in hoc reperiri: Quia dispensatio in his precipue conceditur ob firmandum pacis fœdus. Quod magis necessarium est bono communi circa divites, & parentes, quam circa pauperes, ac populares. Sic D. Th. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 2. Corrad. 1. 2. q. 97. ar. 4. ad 2. Loaz. de matr. Reg. Anglie. dub. 2. in solut. ad 4. partem negantem, n. 2. Cov. ad decr. 2. p. c. 6. s. 9. n. 7. fin. Ant. Cucus l. 5. inf. malorum, n. 13. num. 15. Petrus de Led. matr. c. 56. ar. ult. fin. Idque constat ex Trid. sess. 24. de matr. c. 5. fin. ubi jubet ne cum popularibus, sed cum principibus magis dispensetur in 2. gradu.

6. Quamvis autem lxx. 3. tit. 21. p. 2. decidatur, ut quis dicatur nobilis, exigi ut talis fit ex parte utriusque parentis, focus ut dicatur, quod vulgo dicimus, hio d'algo, satis enim est, & desideratur nobilitas ex parte patris: at dum in dispensatione allegatur aliquos esse nobiles, satis est nobilitas ex parte patris: caque est necessaria. Quia communis modus intelligendi est, eos, esse hujus d'algo, quod a patre solo derivatur. Sic Zaballus dicens le vide ille sepe praxi receptum, q. 9. ar. q. 688. n. 11. 12. Plus autem sonare dicitur aliquos esse ex nobili genere natos, quam dicere esse nobiles, testatur Anton. Cucus l. 5. inf. malorum, n. 13. n. 15. Sed non video congruam discriminis rationem. Quod nobilis esse quisquam nequeat, nisi ex nobili genere paterno originem ducat. Quando autem dicitur eos esse principales, vel ex principalioribus populi, ex dictis n. 2. colligitur tal esse ut tales dicantur, eos esse viros potentes, ac valde divites. Et ita vidi litteras perinde valere, concessas a Sixto V. anno 1587. Quando in dispensatione dicebatur quosdam esse nobiles, cum tamen tales non essent: & ad impetrandas litteras perinde valere, narratum est Pontificis eos esse ex principalioribus populi, & iustit admitti si ex principalioribus essent quamvis non nobiles.

7. Quarto suppono, quod propinquior est gradus, eo urgentiore causam exigi ad dispensandum. Nam strictius est impedimentum. Sic Gallego de cogn. spiritali, c. 23. n. 5. Petr. de Led. de matr. q. 56. ar. ult. ad fin. sum. sacr. ubi de matr. c. 27. concl. 5. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 238. n. 4. Vega 2. t. 1. sum. c. 34. casu 167. Insuper ob eandem rationem urgentior causa desideratur ad dispensandum in consanguinitatis gradu, quam in eodem affinitatis: & major ut dispensetur in linea recta, quam in transversa. Sic Gallego, Manuel, Vega proxime allegati. Insuper majorem causam petit dispensatio in cognatione spiritali, quam carnali. Nam (ut ait Abb. c. fin. n. 4. de purgat. can.) magis abstinentiam est a cognatione spiritali, quam carnali. Quia cum cognatio spiritalis a venerabili principio procedat, est magis veneratione digna, & allegat textum optimum c. 1. c. c. Pillarum, juncta Glossa ibi, verb. Multo magis 30. q. 3. unde adjuncta Abbas ibi n. 5. Decius consil. 462. Vija legitimitio, n. 3. vol. 4. Felinus c. At si clericus, in princ. n. 14. limit. 2. de iudiciis Gulielmus Benedictus c. Raynuius, verb. Et uxorem nomine Adelasia, de c. 5. n. 202. de testam. Mandosius in praxi signaturæ, t. Dispensationes matr. vers. In prima specie, allegans multa hoc matrimonium indecens esse probantia, ajunt (inquam) nunquam legi Ecclesiam Romanam dispensasse circa cognationem spirituales. Quod quidem indistincte ajunt Abbas, Decius, Felinus, Gulielmus, Benedictus: imo hi duo addunt hæc verba: Quod notatu, qui habet commatrem. Ubi expresse videtur loqui tam de filiatione spiritali, quam de compaternitate. Sed melius Mandosius prex. alleg. hoc intelligit in prima specie, quam eo v. vers. Cognatio spiritalis, explicat esse filiationem, quæ est inter levantem, seu tenentem, & levatum, seu tentum. Nam in vers. in secunda vero, ait sepe dispensari in 2. specie, quam in vers. secunda dicitur, ait esse compaternitatem, quæ est inter levantem vel tenentem, & inter parentes levati vel tenti.

8. His præmissis tres causæ solent communiter assignari, atque eas solas dicit Navarrus sum. lat. c. 22. n. ult. Hispana, c. 28. addit. ad n. 85. fin. c. 22. acceptare curiam tanquam iustas etiam ad dispensandum in quarto gradu. Prima est extinctio magnæ litis. Ad quam redactur pax consanguineorum, quæ non comparatur nisi eo matrimon. secuto. Conducit enim publico bono pax civium. In ejus consil. facit doctrina D. Th. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 2. docentis hæc dispensationes matrimoniales con-

cedi potissimum, ad pacem dandam. Atque ita hæc esse iustam causam docet Palud. A. 4. q. un. ar. 3. n. 20. & ibi Supplementum Gabrielis q. un. ar. 3. dub. 3. D. Ant. 5. p. 1. c. 14. s. ult. ad fin. Victoria sum. ubi de matr. n. 295. Enriquez l. 12. de matr. c. 3. num. 9. Petrus de Led. de matr. q. 56. ar. ult. ad fin. sum. sacr. ubi de matr. c. 27. concl. 5. Manuel 1. to. sum. 2. ed. c. 237. concl. 1. n. 1. Grassi 1. p. de visum, lib. 1. c. 81. f. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 167. Et ex Jurisprudentibus Abb. cap. Quia circa, n. 2. de consang. & ibi Alex. de Nevo, n. 2. Prop. n. 1. Mandosius de signaturæ gratiæ, tit. Dispensationes matrimoniales, vers. Iusta causa dispensandi. Ant. Cucus l. 5. inf. matr. tit. 13. n. 14. Gallego de cognat. spir. c. 22. n. 7. & 16.

Ad hæc quoque causam reducitur evitatio scandalorum inter cognatos. Quippe gratia scandalum vitandi receditur a juris communis dispositione, cap. 2. de novi oper. nunciat. Et valde interest boni communis laudanda vitari. Sic Host. c. Quia circa finem, de consang. & ibi Alex. de Nevo, n. 2. Prop. n. 1. Henricus sine. Mandosius de signaturæ gratiæ, tit. Dispensationes matrimoniales, verb. Ad evitanda gravia. Anton. Cucus n. præc. allegati. Et addunt Alex. de Nevo esse hæc iustam dispensandi causam, etiam ante matr. contractum. Scandalum quoque, quod ex dissolutione matr. jam contracti sequeretur, sufficientem hujus dispensationis causam præbet. Ut optime ajunt Covar. 4. decr. 2. p. cap. 6. s. 10. n. 13. Enriquez n. præc. allegatus Gutierrez, c. Canon. l. 2. c. 15. n. 107. Petr. de Led. de matr. q. 56. ar. ult. dub. 4. concl. 2. Hæc autem scandala sunt, vel quoties timetur inimicitia, & jurgia: vel quoties timetur fornicationis periculum, ratione inventus contrahentium. Quod bene docent Felinus consil. 205. n. 19. vers. Unde considerandum est. Menoch. consil. 385. n. 7. vol. 4.

Hinc inferitur intellectus causæ, quæ sepe allegatur ad dispensationem impetrandam ex dissolutione matrimonii intum, nempe laboritura scandala ex dissolutione. Quæ etiam solet allegari matr. nondum inito, quando mulier isturam famæ patia est ex copula habita cum consanguineo, cui nuptura est, vel ex frequenti suspensaque conversatione cum ipso. Adejus enim veritatem fuit vel probabilis timor inimicitiarum inter utriusque consanguineos: vel incontinentiæ, ex eo, quod ii juvenes sint, & cum sepe non consistit in foro externo impedimentum occultum, quod prius matr. irritat, neutri conceditur aliarum nuptiarum facultas, & ita uterque in periculo incontinentiæ versabitur, vel concubitus inter se: vel mulier ratione infamæ non poterit consistere nubere, & ita incontinentiæ periculum patietur. Constat ex dictis num. præc. & faciat, quæ n. seq. dicam.

Secundo inferitur esse similitur iustam dispensandi causam, 11. quando dispensatio est quasi remedium necessarium obvianti alicui magno delicto. Hoc colligitur ex D. Th. 1. 2. q. 97. ar. 4. corp. ubi rationem dispensandi assignat, quod præceptum non sit conveniens huic personæ, vel in hoc casu: eo quod impediatur aliquid melius, vel inducatur aliquid malum. Et tenet Gallego de cogn. spiritali, cap. 22. n. 7.

Secunda causa est, vel quando ob loci angustiam, vel nimis propagatam feminæ cognationem in loco insigni, quem inhabitat, non reperitur matr. æquale, præterquam cum consanguineis, vel affiniis. Hujus causæ ea est ratio, quod valde expedit bono communi matrimonia inter parentes iniri. Ut latissime probat Tirag. l. 5. consubiali, a. n. 1. & ita docent Navar. Petr. de Led. Manuel, Lud. Lop. Vega citati n. 8. Gallego de cogn. spiritali, c. 22. n. 10. Grassi alleg. n. 8. Enrig. ibi citatus.

Circa hæc autem causam dubitatur, an ea sit sufficientis, 13. & verificetur, si in locis circumvicinis reperitur matrimonia æquale, & cum illa dote feminæ, non autem in proprio. Nav. Petr. de Led. Grassi, Lud. Lopez Vega num. præc. allegati videntur sentire non esse tunc sufficientem causam, neque eam verificari: nam addunt causæ huic quæ eam limitantes, si mulier non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra id oppidum. At contrarium significat Gallego, Enriquez, Manuel citati n. præcedenti, cum ea limitatione non adjecta doceant absolute esse sufficientem causam, non inventi matr. æquale intra proprium feminæ oppidum. Idque verum censet. Quippe durissimum est, cogi feminam extra proprium oppidum nubere, ut sic patris, & matris, & consanguineorum consortio destituta, acerbam, ac solitaria vitam traahat. Idque Cardinalium congregatio declaravit ad instantiam Archiepiscopi Mediolanensis die 18. Novembris, ann. 1570. his verbis: Clausula illa, quæ dispensationibus occasione dote incompetente apponi solet, videlicet, quia virum sibi non consanguineum, vel affinem parvi conditionis inveniri nequit: verificatur. & justificatur per diligentiam duntaxat præstitam in ipso loco mulieris, & non in locis circumvicinis.

Secundo dubitatur, qualiter verificanda sit hæc causa, num. 14. scilicet exactissime, & quod vulgo vocant, a puncto crudo, indagandum sit ad verificandam hæc causam, si ne aliquis vir parvis in omnibus conditionis, cui femina nubere possit? Respondet id non esse ita strictè accipiendum, sed morali modo. Satis enim est ad verificandam eam causam, communiter non reperiri eo loco viros parvos, qui non sint consanguinei vel affines. Quod quidem clare significat, Navar. Petrus de Led. Lud. Lop. Grassi, Vega n. 8. allegati, dum hæc causam his

verbis

verbis explicat: Quando major parvi sibi partium suæ civitatis, vel loci insignis quem inhabitat femina, sunt ei consanguinei vel affines intra quartum gradum. Et ratio hujus est. Quia cum matr. debeat esse libera, & multas conditiones exigat, ut convenientia, & paria iudicetur, expedit valde ne femina ad unum vel alterum conjugium ardeat: sed sint varia, ex quibus ei detur opio.

15. Ultimo dubitatur ex quibus iudicandum sit matr. æquale? Non enim sola generis, ac divitiarum æqualitas spectanda sunt: sed etiam mores viri, ut probavi lib. 4. disp. 26. a n. 23. usque ad 27. Et addo rationem etiam habendam, ne dispar sit valde ætas, vel vir ex alio matr. filios habeat: vel asperi ingenii sit. Hæc enim omnia disparitatem in matr. constituunt. Et quo femina durioris, atque minus tolerabilis ingenii est, eo vir mitioris ac tolerantioris necessarius illi est, ut bene convenire possint.

16. Ultima causa ex tribus n. 8. dictis est, defectus dotis compatens, ut femina iuxta suam conditionem nubat extraneo æquali. Quod ad bonum publicum conserat, ne defectu dotis feminæ innuptæ maneat, vel inequali viro nubat. Atque ita in priori eventu periculum incontinentiæ subit, in posteriori autem pullent discordiæ, ex conjugio dispari oriri solitæ. Atque ideo hæc causam tradunt, Nav. Petr. de Led. Manuel, Grassi, Lud. Lop. n. 8. allegati, Gutierrez, q. can. l. 2. c. 15. n. 107. Gallego de cogn. spiritali, c. 22. n. 8. Quod autem si sit competens dos ad matr. æquale in oppido circumvicino, non autem in proprio? dixi n. 13.

17. Circa hæc autem causam multæ difficultates insurgunt. Prima est, an sit sufficientis dispensandi causa, quando dos femine est sufficientis ad nubendum sibi æquali, at minus sufficientis respectu viri cum ducere volentis? Aliqua affirmant. Quia magnum, & parvum non dicuntur talia absolute, sed respective in ordine ad aliud: atque ita dos competens, & incompetens dicitur respective. Quare dos quæ est competens respectu unius, erit incompetens, si respectu alterius non sufficiat: ac prout verificabitur dotem esse incompetentem. Sic Navar. Petrus de Led. Manuel, Lud. Lop. Lopez num. 8. allegati, idem videtur tenere Enrig. quæmvis lib. obsecris verbis, l. 12. de matr. cap. 3. num. 9. Sed Gallego de cognatione spiritali, c. 22. num. 9. hæc causam solum approbat, quando consanguinitas est in quarto gradu, nisi in alio gradu concurrat quoque alia causa, ut similitur fuerit parentibus orbata. Nam huiusmodi feminæ, est sufficientem dotem habeant, quamplurimis sunt periculis expositæ, ac veluti miserabiles personæ reputantur. Sed neutra sententia mihi placet. Quod nulla pietatis causa tunc verisetur, quæ contereat debet ut dispensatio licita sit. Cum enim femina illa dorem viro æqualem habeat: potest simili viro electo cavere omnia pericula, quibus defectu parentum exposita est. Nec Ecclesia illi favet, ut virum conditione, aut divitiis imparem quærat. Præterea quia id ad solum patrimonii augmentum spectat. Quod non esse causam sufficientem dicemus numero sequenti.

18. Neque erit iusta causa augmentum dotis, & patrimonii mulieris, quæ dotem competentem habeat. Quia cum mulier illa dives sit, nulla in hoc pietatis ratio invenitur. Præterea quia iusta dispensandi causa debet redundare in majus bonum spirituale: ut contingit quando mulier est pauper. Non enim dispensatur tunc ob temporaria ipsius bonum, sed ob spirituale, ne cum animæ periculo inuupta maneat. Quæ ratio cessat in mulieri divite. Arque ita docent Palud. Suppl. Gabr. D. Ant. Petr. de Led. citati n. 8.

19. Hinc deducitur, dubium esse quod ait Gutierrez, consil. 18. n. 11. fin. nempe, iustam centeri causam dispensandi in tertio gradu, quod duo simul hæredes instituti sunt sub conditione matr. inter se inuendi. At potest defendi: quia aliud est acquirere, aliud vero perdere res acquisitum. Cum ergo jus ad illam hæreditatem opulentam (ut supponimus, si enim esset parvi momenti, sufficient) sit per testatoris mortem acquisitum, iusta ac pia videtur causa, ut Pontifex dispense, ut si impletur conditio, & jus id acquisitum, non perdat. Deinde quia major pietas versatur in juris acquisiti amissione vitanda, quam in bonis denuo querendis. 20. Rufus ex hoc subinfertur, sufficientem causam esse, quando bona pars patrimonii feminæ, aut jam acquisiti, aut ad ejus acquisitionem femina jus habet, litibus implicatur, ac omnino destituta est homine, qui ad litem illam studiose attendat, ac negotium illius tanquam proprium gerat. Quamvis dispensandi huius proxime causa subest, & ob hæc causam femina, ut consanguineo nubere: quod ad pietatem spectet Rufus est ratione peritæ circa illam litem, aut aliæ causæ: ita ut difficile subveniat non inito eo matr. Nam quicumque alius vir cui nubat, litem illam studiose geret, ut pote persona cujus jam interest viciorum litis conlequi.

21. Secunda difficultas est. An censetur femina pauper, ac dote carens, si non possideat, ac parentes divites habeat? Respondet quæmvis sub iudice fit an pauper hæc dicitur quoad alios juris effectus, ut ad succedendum in 4. bonorum mariti partem, juxta auct. Præterea, C. de vir. & alios effectus; ut potest videri apud Barbozam l. Marium, 13. num. 99.

ff. solut. matr. at vere non dici pauperem hæc, sed in communi loquendi modo divitem (ut optime docet Molin. l. 1. de iust. trad. 2. disp. 194. col. 4. vers. Illud præterea) Quare non verificabitur clausula incompetentiæ dotis in hac femina. Nam etli juxta præsentem statum nil proprium habeat, obtinet tamen jus succedendi in bona parentum; ac compellendi eos, ut statim eam dotent competentem juxta statum, ac ipsorum facultates. Nec verificabitur dicta clausula, licet pater rigidus, ac parcus sit, ac propterea, ut ob aliam causam nolit dotare. Quia cum jus succedendi, ac compellendi habeat, dives simpliciter, ac competentem dotem habens dicitur.

Secundo dico, si femina illa jure succedendi caret, ut 22. si fit in regno, in quo servatur jus commune, nempe; ut non sit certa legitima filiarum, sed in parentum libertate sit, cuicumque bona sua dare solis quinque florensis relictiis filiar, dici illam pauperem, ac dote competentem carentem, quamvis ipsa, & consanguineis, cui nuptura est, sint quasi certi, fore, ut parentes divites relinquunt univèrsas facultates filiar, eo quod eam valde amant, ac reliquos filios odio habeant. Quia spes successione, vel donationis, vel applicationis bonorum, antequam donatio, vel applicatio fiat, non censentur esse bona illius prædictam spem habentis, quæ vere a libera alterius voluntate pendet. Sic Navar. l. 1. consil. 2. edit. t. de resor. consil. 19. fin.

Hinc primo deducitur, quando facultates parentum non 23. sufficient ad competenter dotandam filiam, nisi ultra legitimam illi jure debitam, ipsam ceteris filiis in bonis præferant (quod barbare meliorare dicitur) dici eam pauperem, & carere dote: quamvis certa sit velle parentes eam præferre. Quod jus non habet ut ceteris præferatur, sed id ex parentum voluntate pendet. Atque dicitur subinde pauper juxta dicta num. præc. Quod maxime verum est in hoc Castellæ regno, in quo etli parentes velint filiam causa dote præferre, ipsis interdicitur, l. regia 1. tom. 1. lib. 5. re-copil. reg.

Secundo deducitur, vere dari paupertatem, ac incompe- 24. tentem dici dotem, quando frater, aut quicumque alius eam feminam dotare vult, si nullum dotandi pactum præcesserit, per quod jus irrevocabile illa acquiserit, vel si pactum fuit dotandi si nubat illi consanguineo. Quia cum non existente pacto, aut non impleta ea conditione, nullum jus habeat ad dotem, dicitur vere pauper, non obstante certitudine voluntatis fratris eam dotandi, juxta dicta n. 22.

Ultimo dico. Si bona parentum ita se habeant (ut 25. p. contingit) ut dum parentes superstitis sunt, non possint parte bonorum ad dotem competentem necessaria se spoliare: indigent enim bonis, quæ habeat ad honestam statumque convenientem vitam ducendam, dici vere feminam pauperem, ac dote carentem, quamvis bona, in quæ parentibus defunctis est necessario successura, sunt satis dotei competenti. Quia ut matr. onera sustineatur, necesse est statim dari dotem, qua non statim tradita, contentetur uxor a viro, & parce cum ea agat. Quod bene docet Enrig. l. 2. de matr. cap. 3. num. 9. in commento, littera E. dicens puellam centeri pauperem, si in eo loco habitet, in quo legitima consuetudine receptum est, ne pater sponte etiam dives dotem genero, sed solas vestes, & solum post parentum obitum dos debeat. Quod sano modo intellige, si enim ulius esset, ut omnes eo modo acciperent uxores, nullum defectu dotis patietur detrimentum talis femina, & ideo ille non præstabit iustam dispensandi causam. Secus si pater solas vestes possit compelli dare, & absque alia dote in vita tradita non invenitur ibi vir æqualis.

Tertia difficultas est. An censetur pauper femina, & 26. dote competentis carens, quando bonis vere renuntiavit; eo animo, ut paupertatis titulo dispensationem ad nubendum consanguineo impetraret? Et videtur prior pars affirmans, quod vere pauper sit, ac dote careat, si ve denuntiando deliquerit, si ve non. Secundo, quia licita est bonorum renuntiatio, ut renuntians admittatur ad collegium solis pauperibus a fundatore destinatum. Ut tradunt Navar. sum. lat. cap. 18. num. 108. Hisp. cap. 28. addit. ad num. 107. cap. 17. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 56. num. 1. in commento, lit. N. Lud. Lopez 1. p. inf. l. 1. cap. 15. in init. Vega 1. tom. sum. cap. 91. casu 18. Cum tamen id cedat in detrimentum veterum pauperum, quibus id collegium institutum est. Ergo a fortiori verum habebit in nostro casu, qui in nullum damnum vergit. Ceterum existimo nec id licere, nec valere dispensationem obtentam ea fraude tacta. Ducor ad priorem partem, quia non est simile de renuntiatione ad administrationem in collegium. Quippe si finis est optatus, cum in eo collegio commodius, ac majori studio vacatur litteris, & educatio studiosior fit. Adde usum sic interpretatum esse testatoris fundantis voluntatem. At in nostro casu deficit finis studiosus, & renuntiatio fit animo eximendi se a lege contra sacrorum canonum mentem. Non consuetudo explicuit mentem Pontificis esse, concedere dispensationem; ob hæc affectatam paupertatem, gratia illius extorquenda. Posterior autem pars probatur, quia allegatur Pontifici ea paupertas, ut causa dispensationis legitima; quæ tantum abest, ut causa dispensationis sit, ut potius retraheret ipsam a dispensatione concedenda: quo iis fraudibus obvietur.

Juxta



Juxta regulam, quam ex aliquorum tenore referemus disput. 25. n. 38. Si tamen renuntiatio non ad eum finem facta fuit, sed ad alium quemcumque, vel tacito renuntiatio, quamvis facta absque pacto expresse, fore ut is, in quem renuntiatio facta est, reddat ex sua liberalitate postea bona renuntiantia, valida erit dispensatio allegando paupertatem, tacitaque renuntiatio, unde orta est. Quia ea femina vere pauper renuntiatio, unde orta est. Quia ea femina vere pauper renuntiatio, unde orta est. Quia ea femina vere pauper renuntiatio, unde orta est.

Major autem difficultas est, quando femina vere carebat dote, quando dispensatio impetrata est ratione dotis incompetentis; at antequam expediret per Ordinarium, est instituta haeres aut legataria maxima quantitas, an tunc possit hereditatem hanc, ac legatum repudiare, an ea effecta divite frustratur dispensationis valore, quasi cessante causa? Et quidem si femina cederet, aut renuntiaret in favorem alicujus, manifestum est jam illam acquisisse hereditatem vel legatum, & effectum fuisse divitem. Cum in ea cessione includatur prius natura tacita additio (ut probavi l. 6. disp. 4. n. 17. ac proinde renuntiatio illa dolosa non procedit, sicut a principio facta esset. Ad difficultas est an possit absolute renuntiare hereditati illi vel legato, ne dispensationis effectus defraudetur? Et partem negantem suadet, quod in foro conscientiae non liceat hanc renuntiationem in creditorum fraudem, (ut probavi l. 6. disp. 4. n. 9.) Sed in beneficium in solo foro externo procedit. Ergo saltem in foro conscientiae dispensatio illa cessabit. Et contra, quia si legatum constat in specie, transferitur dominium in legatario a die mortis testatoris, non expectata hereditatis additione, l. A Titio, ff. de furtis. Cum ergo domina effecta jam sit illius legati, cessabit paupertas, ac subinde dispensatio. Sed his non obstantibus, existimo integrum esse in utroque foro huic feminae renuntiare illi hereditati vel legato, antequam tacite vel expresse acceptet, ne valor dispensationis cesset, sive renuntiet, antequam mittat Roman per dispensationem obtinenda, sive postquam Pontifex illum expeditur: Dacor, quod jura concedant praedictam renuntiationem hereditatis, vel legati, censentque id esse proprium patrimonium minui, sed tantum non acquirere (ut explicui, l. 6. disp. 4. n. 8.) ubi etiam ostendi dominium legatum non acquiri perfectè, sed dependenter ab acceptance. Ergo potest in utroque foro hanc femina jure illo sibi per leges concessio uti, ne acquisitio illa noxia sibi fit. Quia quomvis in fraudem creditorum, dicendum sit diversimode in foro interno, & externo: eo quod lex justitiae, qua creditoribus debitor tenetur, obligat ad acquirendum, quando alius non est solvendo. At in nostro casu non est cur inter utrumque forum differentia constituat. Cum nulla sit alia lex ad acquirendum obligans, nec fraus Pontifici fiat, non enim tenetur hae divitias in sum damnari acquirere. Quare idem sentio, si antequam mitteret Roman, vel postquam misit, antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in praedicta hereditate vel legato: potest enim illi simili modo renuntiare ad effectum praedictae dispensationis obtinendae. Quia in hoc nulla fraus veritatur, cum nil de patrimonio deperdat, sed tantum non acquirat: nec ad acquirendum aliqua lege obligetur. Non tamen poterit uti dispensatione, si nolit renuntiare, nec acceptare. Quippe vere non est pauper, utpote quae adhuc jus ad rem acquisitum per testatoris mortem retinet.

Quod si haeres, vel legataria instituta sit, ac institutionis incia, eo quod fuit in partibus remotissimis, misit Roman pro obtinenda dispensatione, allegando paupertatem, & concessa sibi ea dispensatione inuit matr. ac post inuitum pervenit ad ejus notitiam institutio, potest acceptare, nec defraudabitur in suo valore matr. Quia vera paupertas allegata est Pontifici, cum nondum hanc acceptasset, & incia fuerit hujus juris ad rem; & hanc pie credendum est esse Pontificis mentem, ne dispensationes, & matrimonia periculo exponantur: & cessatio causae, postquam effectus illius consummatus est, nil obest, ut suo loco dicemus.

Quarta difficultas est. An dispensatio impetranda allegando fore ut femina inupta defectu dotis maneat, valida sit, si verificetur feminam inuptam remansuram, at id aliunde provenit, ut quod fit grandaeva, vel filios ex alio matrum. habeat, vel sit deformis, aut de aliquo crimine infamata, ob illudve punita? Et videtur irrita. Quippe unica allegatur dispensationis causa, quae est timor relictus ex dotis defectu: non enim sunt hae causae, sed unica assignata ejus ratione. Sed existimo eam esse validam, ac dotis defectum verificari. Quia dos non dicitur haberi absolute, sed respective, atque illa mulier quo plura habet vitia, eo amplius indiget dote, qua illa contentetur, ut sic viro equali nubat; quamvis is vitiosus possit cum ea dote commode nubere. Adde revera Pontificis mentem eo tendere, ne haec femina inupta maneat: & nil refert, unde id dimanet, & verificatur fore ut sit inupta.

Ultra dictas tres causas n. 8. commemoratas, solent etiam aliae assignari. Quarta in ordine est, conservatio divitiarum, in eadem cognatione, ne causa dotis dirahatur ad aliam cognationis familiam, quando ea amplissima sunt. Quia bono publico non parum convenit familias locupletes, ac integras conservari; l. 3. s. Denuntiare, vers. Publicae, ff. de ventris inspicendo. Nam ex tali conversatione abundat republicae vis nobilitas, ac locupletibus, qui commodius ipsi infervant. Atque ideo ob haec causam justè redduntur majora, tum institutiones. Sic tenent Gallego de cogn. spir. cap. 22. n. 11. 12. 13. Manuel l. 1. tom. 2. edit. c. 237. n. 2. concl. 1. Vega 2. sum. c. 34. casu 167.

Quinta causa est, illustri familiae conservatio in eodem 31 sanguine. Quod ad pietatem, ac publicum bonum pertinet conservari illustres familias. Sic Enrig. lib. 12. de matrim. c. 3. num. 9. & refert in comment. lit. D. ob hanc causam dispensatio Gregorij XIII. ann. 1575. cum D. Loyfa Comitissa Sanctae Gadeae ut nuberet patrio, cui prius soror ejus nupserat, & insuper illa voto continentiae alitrida erat.

Sexta causa est, excellentia meritorum, sive respectu 32 petentis, sive ejus, cui petitur. Ut si strenue se gerit in militia contra infideles, aut alii ministerio ad bonum communc conferenti vacavit. Quia expedit hae a Pontifice remunerari, ut vel sic homines animosiores reddantur ad hanc exercenda. Id etiam probat textus c. Tali confugio, l. qu. 7. ibi: Vel evidens meritorum prerogativa commendat. Huc refert Centurionis historia, Luc. 7. ibi: Dignus est, ut hoc illi praestes: diligit enim gentem nostram. Sic Gallego de cognat. spirit. c. 22. n. 17.

Septima causa est, proles habita ex cohaerentia, quan- 33 do bona fide suscepta est: alioquin cum crimen incestus fit, non potest recta iustitia Principem movere ad dispensandum. Atque ita conciliantur c. Quid circa, de consang. ubi proles suscepta tanquam causa legitima assignatur: & c. Cum haberet, de eo, qui duxit in matr. ubi multipliciter proles affectur esse potius causam retrahenda a dispensationis concessionem, ibi: Cum multipliciter proles ita suscepta magis corum crimen exagget. Quippe prior textus loquitur de prole bona fide suscepta. Posterior autem quando mala fide, & ideo caute dixit textus proles ita suscepta, & darationem, quod crimen sit gravior. Quod non reperitur nisi in prole habita mala fide. Atque ita docent Hoff. cod. c. Quia circa, paulo post princ. & ibi: Andr. ff. Abb. n. 2. Anch. n. 3. Alex. de Novo, n. 2. Prep. n. 1. idem Hoff. d. c. Cum haberet, n. 6. & ibi: Andr. n. 5. Ant. n. 10. Prep. n. 5. Alex. de Novo, n. 8. Cov. 4. decr. 2. par. c. 6. s. 10. n. 13. Mandosius praxi signaturae, tit. Dispensationes matrimoniales, vers. Alia causa legit. Ant. Cuc. l. 5. inffit. infor. t. 13. n. 18. Per. de dea. de matr. q. 56. ar. ult. ad ff. Guttier. lib. 2. q. canon. c. 15. n. 107. Enrig. lib. 12. de matr. cap. 3. n. 9. Qui bene addit satis esse prolem bona fide alterius conjugis susceptam esse, qui matr. legitimum esse putavit. Quia cum tunc proles sit legitima, c. Ex tenore, quifili sint legit. ad bonum ejus educationem valde confert id matr. instaurari.

Demum duo observanda sunt. Prius est, quando causa 34 aliqua singulari non sufficient, multas aggregatas adjuvare ad invicem. Quia singula, quae non profunde, simul collecta juvant, l. Rationes, l. Instrumenta, l. Non epistolae, l. Non nudis, C. de prob. & tradit bene gl. 2. l. ver. Legitimus, C. de execut. tutor. Sic Gallego de cog. spir. c. 24. n. 8. Quare jurabit ad dispensationem facilius obtinendam, eamque justam reddendam, quando aliae causae non inveniuntur insufficientes, al legare orbitatem feminae a parentibus, vel saltem a patre: quod sufficit: ac necesse est, ut orphanus vere dicatur. Praeterea si ipsa vel vir filios habeat ex alio matrimonio. Confert enim valde filiis, ut vitricus vel noverca fit eorum consanguineus, ut vel sic non instat vitrici vel novercae se habeant erga illos, sed tanquam illorum consanguineos.

Posterius est, solere quandoque Pontificem dispensare abs- 35 que alicujus causae allegatione, quando consanguinitatis gradus aliquantulum est remotus, at non dispensare tunc abique causa. Tunc enim copiosior pecuniaria compositio exigitur ab eo, cui est dispensatio indulgentia: atque ea est ad impius publicos. Quae utique sufficiens atque justa causa reparatur dispensandi in gradibus non ita propinquis. Sicut indulgentias universas in diplomatis concessas, quae secundum omnes justam causam expostulant, justas reddet elemosina pecuniaria contributa per acceptientem diploma, convertenda in belli contra impiissimos Turcas, ac alios infideles subsidium, aut alios sumptus publicos, id enim valde bono communi confert.

DISPUTATIO XX.

Quae causae justae sint ad dispensandum in votis castitatis, ac religionis, ac reliquis contractum matr. impediuntibus?

SUMMARIUM.

Eadem causae desiderantur in votis, & juramentis eorumdem rerum, num. 1. An causae justae ad dispensandum in aliis votis sit sint in voto castitatis, & religionis, 2. An desideretur causa obstantis ad dispensandum in voto, 3. An eadem sit necessaria, dum votum commutatur in minus, 4. Commutatio voti an requirat causam, & qualem, 5. An

An sit justa causa dispensandi in voto compositio aliqua pecuniaria, 6.

Quomodo contingat causam executioni voti obflare, 7.

An sit justa dispensandi causa, quando dubium est, an res promissa sit jam effecta mala, aut inutilis, aut major bono obstanti, 8.

An ad dispensandum, vel commutandum, major bonitas boni impedit vel in quod commutato sit, sit spectanda attenda materia voti, ut est altus voti, 9.

An desideretur certitudo sufficientis causae ad dispensandum, 10.

An sit justa causa, quando dubitatur an quis voverit, vel tunc oblige ob defectum materiae, vel animi se obligandi: vel quod dubiet an castitatem voverit dependenter a religione, a qua est jam liber, 11.

Quid quando leviter, & absque matura deliberatione votum emissum est, 12.

An in votis ante pubertatem emissis possit semper dispensari, 13.

An sit causa justa votum metu emissum esse, quando fuit ad extorquendum votum inculsus, 14.

Quid quando fuit inculsus ad extorquendum, fuit tamen leviter, 15.

An error causa causam impulsivam, vel ejus cessatio sit justa causa, 16.

An periculum violandi voti consurgens ex voventis statu, sit justa causa, 17.

An maxima difficultas implendi voti sit justa causa, quando est periculum, 18.

Quid, si ea consurgat ex malitia, & pravo habitu voventis, 19.

An pati tentationes, & vehementes desiderium, sit justa causa, 20.

An utilitas privata voventis sit justa dispensandi causa, 21.

An difficultas magna superveniens sit causa, 22.

An sit causa, quando votum nimis scriptis vocatur, 23.

An necessitas boni communis, etiam ex malitia proveniens, sit causa, 24.

An sit causa necessitas conservanda progeniti illustri, 25.

An sit causa in morbus, cui alibus veneris solis succurripotest, n. 26. & ibi: an morbus continuus sit causa dispensandi in voto religionis, 26.

An major causa petatur in dispensatione voti, quam legis, 27.

An causa insufficientis ad dispensandum sufficiat ad partim commutandum, 28.

An minor causa desideretur ad dispensandum in voto penali vel conditionali, quam in absoluto, 29.

An quando adsum juramentum, & votum ejusdem rei, sit necessaria major causa ad dispensandum, vel commutandum, 30.

An sufficiens causa dispensandi in voto sit quoque sufficiens, quando adest votum non petende dispensationis, 31.

An minor causa desideretur ad dispensandum, ut voti executioni differatur, 32.

Præmittendum est, eadem causas desiderari, ac sufficere ad relaxanda juramenta in solum Dei honorem facta, quae desiderantur, & sufficient in similibus votorum dispensatione. Quod amplius n. 10. declarabitur. Et docent Sor. 18. de just. q. 1. ar. 9. col. 4. in sol. ad 3. vers. Est autem Arag. 2. 2. q. 82. ar. 3. col. 4. prep. 3.

Secundo præmittendum est, DD. præter unam, aut alteram causam, de quibus est specialis difficultas, an fat sint ad dispensandum in voto castitatis, vel religionis, non agere specialiter de his votis, sed in genere tradere causas dispensandi in votis. Quae similiter locum habeant in his votis, si reperiantur causae proportionem debitam illis habentes. Quo enim votum de majori bono est, eo excellentior causa requiritur ad dispensandum in eo.

Prima conclusio sit. Ad dispensandum in voto requiritur causa illius executioni obstantis. Quia ut dispensatio haec legitima sit, debet redundare in Christi honorem, aut Ecclesiae utilitatem, ut docet D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 12. in fi. corp. id probans ex D. Paulo 2. Cor. 2. ubi: Nam, ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. Cum enim in persona Christi dispentet praelatus, legitima ejus dispensatio debet in honorem Christi, & Ecclesiae, quae ejus corpus est, cedere utilitatem. At quando deficit causa obstantis executioni voti, non cedit in honorem Christi, aut Ecclesiae utilitatem: sed potius expedit votum impleri. Haec conclusio aperte colligitur ex D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad 12. ubi ait esse irritam dispensationem in voto religionis factam nulla appareate causa obstanti. Et eam tenent Cajet. ibi, col. 2. Sotus lib. 7. de just. q. 4. ar. 3. col. 7. ver. Ad istorum ergo. Navae de indulgentiis, super 8. In Levitico, nota 17. n. 2. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 12. col. 4. vers. Circa 2. concl. dicto 2. Valentia 2. 2. disp. 6. p. 7. col. antep. Manuel addit. ad Cruciatum s. 9. n. 106.

Imo quando votum commutatur in minus, requiritur causa executioni voti obstantis. Quia tunc admittitur nonnulla voti dispensatio. Sic Sotus lib. 7. de just. q. 4. ar. 3. col. 8. vers. Quando vero, Arag. n. praec. allegatur.

Hinc inferitur discrimen inter meram commutationem factam ex potestate ordinaria, vel privilegio, in aequale bonum, & dispensationem, five meram, five commutationem admittam. Quamvis enim utraque tanquam adus justificationis spiritualis, & non dominativae, causam justam expostulet; dispensatio requirit causam justam obstantem executioni voti, at commutatio

eam non requirit, sed satis est quaecumque occasio. Quia femper concurrunt promptior voluntas, quam habet vovens ad materiam subrogandam, ac cedit in Christi honorem, ac Ecclesiae utilitatem, si ejus benignitatem voventes experiantur, Ecclesia in Dei persona illis gratificante, ac benigne commutationem in bonum aequale indulgente, quo facilius ad spontaneam voti obligationem Deo dicandam inducatur. Sic Cajetanus, Sotus, Valentia citati n. 3. idem Caj. summa, ver. Votum, c. ult. & ibi Armilla n. 14. Corduba sum. q. 143.

Secundo inferitur, non esse justam dispensandi in votis causa 6 sam, si vovens conferat magnam pecuniam lammam, si nulla causa executioni voti obstantis reperitur. Quia omnes dicunt causam obstantem desiderari. Et tenet Arag. 2. 2. c. 88. ar. 12. col. 4. At postea esse commutato, si elemosina haec eroganda, esset aequalis obsequii divini, ac votum. Quamvis disp. praec. sine, dixerimus compositionem hanc pecuniarium sufficere ad dispensandum in jure Ecclesiastico statuenti impedimenta dirimentia matrum. Quia haec dispensatio non postulat causam obstantem, qualem voti dispensatio petit.

Secunda conclusio. Causa obstantis ad voti dispensationem 7 requisita potest accidere, vel ex parte materiae voti, vel ex parte ipsius voventis, ut bene tradunt Doctores, n. 3. allegati. Quod, ut clarius explicetur, proponam prius causas justas ex parte materiae voti: deinde ex parte ipsius voventis.

Primum ergo dispensandi in voto causa justa se tenens ex parte 8 materiae voti, est, quando prudens arbitrio dubium fuerit, an res promissa sit facta mala, aut inutilis, aut majus bonum impediens. Quare in hoc sensu intelligendi sunt D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 10. corp. & ad 3. & ibi Caj. notab. l. 1. ar. 12. dub. 2. & in sum. v. votum, c. ult. vers. Rationabilis causa. Avila c. 30. Nu. q. 103. Sibi v. votum q. 3. d. 1. & q. 6. & 7. Sotus 17. de just. q. 4. ar. 1. ad fi. corp. Navae sum. c. 12. n. 76. ubi petunt ad justitiam causae dispensandi se tenenti ex parte materiae voti, eam factam esse malam, aut inutilem, majus bonum impediens. Quod adeo stricte accipiunt Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 3. n. 30. & D. Ant. 2. p. 1. 11. c. 2. s. 9. ut dicant non sufficere ut aequo bonum impediatur. Sed praedicti Doctores non intelligendi sunt, quando constat rem promissam factam esse malam, aut inutilem, aut majus bonum impediens: tunc enim abique dispensatione votum non obligat (ut bene advertit Navae, eo. n. 76.) Sed intelligendi sunt, quando res haec est dubia. Et ita se explicant D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 1. ad 3. Sor. 18. de just. q. 1. ar. 9. ad 3. Silvest. v. juram. 5. q. 1. ad 1. Azor. 111. inf. mor. c. 19. q. 17.

Monuerim tamen majorem bonitatem illius boni impediti 9 spectandam esse attenda voti materia, non tantum in se considerata, sed etiam quatenus obligat ex voto, v. gr. dubitatur, an jejunium promissum obstat majori bono, bonitas illius operis impediti comparanda est ad jejunium, non tantum, ut est actus solus abstinens, quale est in se consideratum, sed etiam ut est actus religionis ratione voti. Quia alioqui id bonum impeditum non esset omnino considerata majus. Item quia cum per dispensationem vinculum voti, & ejus materia tollantur, bonum dispensandi causam praestans debet utramque bonitatem compensare. Sic docent Cajet. & Arag. n. 3. allegati. Sotus l. 7. de just. q. 4. ar. 3. col. 6. vers. De causis. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. p. 7. col. penul. vers. Secundum dubium est. At tunc est in commutatione. Quia cum per illam non tollatur vinculum voti, sed eo manente sola ejus materia commutetur, satis est ut bonum, in quod commutato fit, sit melius, aut aequo bonum, quam opus promissum in se tantum consideratum. Sic Cajetanus Sotus, Valent. ibid.

Hinc deducitur ad dispensandum non exigi certitudinem 10 sufficientiae causae, sed satis esse, si prudens arbitrio dubium sit an sit sufficiens. Quod in hoc dubio ad miorem partem inclinandum sit. Deinde, quia alias inutilis esset dispensatio potestas cum raro constet de causae sufficientia. Sic docent Silvest. v. Dispensatio, q. 14. n. 20. fin. Palacios 4. d. 38. disp. 3. col. 6. vers. Est igitur Dispensatio.

Secunda causa ex parte materiae est, cum dubium fuerit 11 an quisquam voverit, vel an votum obliget, ob materiae, aut animi se obligandi defectum. Sic docent Corduba sum. q. 147. Azor. 111. inf. mor. c. 19. q. 17. Ad idem est D. Th. 2. 2. q. 99. ar. 9. ad 3. dum ait posse Episcopum dispensare, quando dubitatur an materia iuramenti sit bona. Ad idem est Navae 13. consil. l. 34. de voto, in l. edit. consil. 4. sine, in 2. consil. 13. sine, ubi ait sufficientem esse causam dispensandi in voto castitatis, si aliquis alia causa concurrat, quodies dubium est an obliget, eo quod vovens promiserit simul castitatem, ac religionem, acceptione facta an castitatem dependenter a religione voverit, & a religionis voto, sit jam liber. Verum quando dubium est, an quisquam voverit, nullam esse necessariam dispensationem, sed id votum non obligare probavi l. 1. disp. 9. n. 11. Similiter in eo dubio an castitatem promiserit dependenter a religione, dispensatione opus non esse, probavi l. 2. disp. 41. n. 33. Est tamen opus dispensatione, quando votum est certum, at animus se obligandi dubiosus, vel votum dubium, an votum obliget ratione debitae materiae, aut finis vel alicujus circumstantiae tunc occurrentis. Quia in his eventibus votum obligat (ut probavi l. 1. disp. 9. n. 13. & lib. 2. disp. 41. n. 35.) unde in his casibus, hoc dubium erit justa dispensandi causa, ut praedicti Doctores asserunt.

Tertia causa est ex parte voventis, quando votum leviter, 12 & ex animi facilitate emissum est, non praemissa prudente, ac matu-